Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cubitorum fuisse dicat. Decem namque et centum et mille. perfecti numeri sunt. Qui replicari quidem possunt, crescere uero non possunt. Si enim usque ad decem numeres, nisi a capite rursum inaprias quod dicam non habes. Similiter et centum et mille similiter. Idem igitur dicere est centum cubitorum quod millorum cubitorum. Est enim finitum pro infinito. Centum ergo cubitus in longitudine tendit arcum. quem tanta erit eius longitudo quanta erit huius uiue dimensio. Vnum enim terminum habebit. Sunt autem uiginti columpne ex una parte arcus et uiginti ex altera. quatenus et hinc inde omnes qui in arcu sunt uideant, legit et intelligant legem uetere duplicatam. Duplicat enim lex quem et ad lectam et spiritualiter intelligitur. Nam quia et decem sunt tabulae legis sed pissime tota lex per decem significat. Ergo quia decem et decem uiginti faciunt legem duplicatam in uiginti inuenimus. Legant igitur iudei bis decem et semel totum decalogum secundum literam et unum secundum spiritualem intelligentiam totum decalogum intelligant. Alioquin quid uiginti columpne significent ignorabunt. Quod autem significant uiginti columpne ex una parte. lex significant uiginti columpne ex altera parte. Credat igitur auditor qui non uult credere aliquem. Immo credat utique quia idem dicit utique. ut in medio duorum uel trium testium stet omne uerbum. Fiant autem columpne cum basibus ence. Quod quid significet nedum quotiens iam dictum est. habebunt autem capita cum celatura suis argentea. quia non solum loquunt sed et uera et pura loquunt. Nec tantum ad sonum audiere optum ad spiritualem intelligentiam et eloquium puritate attendebant. In ere namque sonus. In argento uero eloquium puritas intelligitur. Nemo miretur si columpne loquuntur. Diximus enim per columpnas legem significari. Que qualiter loquatur maiore legere et cognoscere.

In latitudine uero atrium quod respicit ad orientem erunt tentoria per quingenta cubitos. et columpne decem basesque totidem. Oportetque ergo usque ad quingenta nec ultra progrediamur. ibi stem. ibi mozem si et libertatem in lege et peregrinam hereditatem recuperare uolumus. Quinquagesimum namque annum ubi leuis uocatur in quo et seruus liberatur et amissa hereditas ex legis imperio proprio domino restituebatur. Totusque ille annus in letitia et uiuilo festiuus ab omnibus agebatur. Oportet igitur

sci ecce ad hunc numerum se dilatando pueniat. ibique dilatata mozaice libertate gaudens de hereditate exultans et ab omni suli et malo opere uacans. diem solemnem celebrans et usque ad cornu altaris. Decem uero columpnis cum basibus suis decem uerba legis intelligunt. habet igitur atrium ex omni parte legem atque mandata ut et sapiam discat. et peccare timeat. et quid credere debeat cognoscat. Totum enim atrium qui quibusdam columpnis hujus decem legis mandatis sustinet. Que mandata in eo quidem quod aliquando columpne duplicantur secundum duplicat intelligere debere significant. Nichilque aliud significant decem quam uiginti. nisi quia uiginti quodammodo decem exponunt. Quotiens enim decalogum duplicamus totiens duplicem intellectum significamus. Sequitur.

In ea quoque latitudine atrii que respicit ad orientem. Quinquaginta cubita erunt. In quibus quindecim cubitorum tentoria latere uno deputabunt. columpneque tres et bases duodecim. Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim. columpnas tres et bases eorundem. Dicum est enim quid significant cubita quinquagita. Restat igitur ut dicamus quid duo tentoria ista designent que ex utroque latere ponuntur in introitu tabernaculi. Hec enim duo tentoria duo populi sunt. iudeorum scilicet et gentium. Ex hijs enim duobus impletur atrium tabernaculi. Ipsi sunt duo parietes quos unus lapis angularis in ecclesie edificio continguit. Vnde apostolus ait. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum. Est autem unusquisque tentorium quindecim cubitorum. Tot enim sunt et psalmi graduum. Hic enim numerus ex pari et impari constat. Cum pares sunt septem et octo. Vnde septenum est. Da partem septem nec non et octo. Septem enim hanc uitam que in septem diebus uoluitur designat. Octo uero illam alia uita letari et immortalem que die octauua cum resurgentibus inaperiet. Et enim die fecit omnium resurrectio quo ipse dominus resurrexit. Das igitur partem septem quia huic uite debita solutus. Das partem et octo quia alia quoque uite propria debita languis. Si enim manducas et bibis das partem septem. Si uero iejunas et uigilas partem octo. Si laboras unde uiuas das partem septem. Si uero de proprio uiuisque laboribus elemosinas facis das partem octo. Oportet igitur quindecim cubitorum ante atrium tabernaculi fuit